



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 12. Sessio XXXI. Dissidia Gallos inter & Anglos composita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A.C. 1117.

§. XII.

*Sessio XXXI. Diffidia Gallos inter
& Anglos composita.*

Idem p. 216. In Sessione trigesima prima celebrata die Mercurii ultima Martii, cui Cæsarem adfuisse non constat, de causa Benedicti nil agitatum est: In ea vero magnæ Gallos inter & Anglos exoriebantur discordiæ. Galli enim specialem in Synodo nationem efficiendi prærogativæ, quam sibi Oratores Angli arrogaverant, contradicebant; Thomas Polton Angliæ Legatus jus suum tuebatur, edito hanc in rem libello, quo rationum momentis a Gallica natione jam antea exhibitis respondere conabatur; cum vero Anglorum Scriptura nimis prolixa esset, ex integro recitata non fuit. Nihilominus illam Synodus approbavit; unde Angli in possessione juris quintæ Nationis conservati fuerunt, eodem prorsus modo, quo quartam formabant, priusquam Hispana natio accessisset.

§. XIII.

*Litteræ monitoriæ adversus Comitem
Virtutum.*

*Vid. supr.
Lib. CIII.
§. 146.*

Cum Philippus Comes Virtutum Albertum Astensem Episcopum, qui Constantiam petebat, in Longobardia com-